

## **Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque  
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XVI. Alexanen. fenestræ. De servitute prospectus laicorum ex eorum  
domibus Ecclesias, Et an id permittendum sit Baronibus, & locorum  
Dominis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74102](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74102)

# ALEXANEN. FENESTRAE

PRO

## PRINCIPE TRICASII.

*Casus disputatus in Congregatione Episcorum & Regularium nulla proposita resolutione.*

De servitute prospectus laicorum ex eorum dominibus intus Ecclesiis; Et an id permittendum sit Baronibus, & locorum Dominis.

## SUMMARIUM.

1. **F**atti series.
2. **L**aici non possunt habere prospectum vel aliam servitutem in Ecclesiis.
3. **D**omino loci ob culmen Dignitatis permittenda sunt, quæ privato denegantur.
4. **B**aronibus an Dominorum & Principum nomine conveniat.
5. **B**enefactori debetur aliqua honorificentia in Ecclesia.
6. **E**x quibus circumstantiis tolerari possit servitus in Ecclesia, eo quod hac sit materia arbitriaria.

## DISC. XVI.

**C**UM antiquitus Parochialis Ecclesia Oppidi Tricasii reperiretur extra muros, ut tutu rediretur à Turcarum incursionibus, quæ in ea regione ob modicam distanciam solente esse frequentes, ab annis 70. citrè, cum recinctus ampliatio, Baro & populus intrâ muros illum incluserunt, ita ut ejusdem Ecclesiæ ædificium loco maniorum in parte deserviret; Cumque ejus facies connecceret cum porta Oppidi, super cuius porticu quædam mansiuncula, seu parva turris constructa erat pro usu horologii, in qua mansiuncula correspondebat unâ ex fenestrâ Ecclesiæ; Hinc proinde permanentes in dictâ mansione prospectum in Ecclesia habere poterant.

Moderno autem tempore, de anno scilicet 1657. cùm ob dicti porticus imminentem ruinam & Oppidi meliorem fortificationem op̄o fuisse illum reficere, ita exigente ratione melioris & tutioris struatur, fuit aliquiliter ejus forma immutata, atque in eo loco, in quo dicta mansiuncula, seu parva turris aderat, constructæ fuerunt aliqua mansioe pro armaria, confinantes cum palatio Baronis, qui ut commoditatatem haberet ita missam privatim audiendi, in dictâ fenestra ad quam per dictas mansiones affectus habebatur quandam cancellatam posuit; Verum Episcopo in visitatione id prohibente, atque demandante fenestrâ prædictam ut potè inducivam servitutis in Ecclesia omnino cum fabrica claudi (ut de facto clausa fuit;) Hinc introducta desuper causa in Congregatione Episcorum & Regularium.

Ex parte Baronis ad ejus patrocinium vocatus, cum consueta libertate, ejus Agentibus dicebamus, quod in stricta juris censura insubstens videbatur talis recursus, cùm non adeset justa querela

*Cardin. de Luca de Servitutibus.*

occasio adversus Episcopi provisionem; Quoniam in Ecclesiis de jure prohibita est fenestrarum constructio, seu alia innovatio, per quam in eam prospectus haberi valeat, cum sit species servitutis, quæ in Ecclesiis permittenda non est laicis *argum. text. in clem. 1. de sentent. excomm. ac decimum de anno 1566, testatur Quaranta in Summa Bullarii verbo reverentia Divinorum; Et decimum per eandem Sac. Congregationem de annis 1615. & 1619. testantur Baros. de univers. iure Ecclesiastico lib. 1. cap. 11. num. 28. & Gauant. in manuali Episcoporum verbo Ecclesia num. 27. & in additionibus num. 1.*

Adhuc tamen ex quadam æquitate seu epichecia & lege convenientia dicebam, quod potuisse, ac forsitan debuisse loci Domino ista non scandalosa, parumque præjudicialis commoditas permitti, seu tolerari, ex pluribus circumstantiis; Prima nempè ex dominicali qualitate, multa enim permittenda seu toleranda sunt loci Domino, quæ privatis non permetterentur ob culmen dignitatis *ad nos. in l. de preceatio ff. ad leg. Rhodiam de ratiu Belluga in speculo Principum rubr. 6. in princ. Altograd. altos colligens cons. 1. num. 32. & seqq. vol. 2. in Baren. Baldacchini sub tit. de præminentiu dico. 26.*

Quavis enim ista regula procedat in Principi-  
pe seu alio jus Principis habente, non autem in Baronibus inferioris Ordinis jura Principatus non  
habentibus, quamvis habeant nuncupationem potius impropriam & abusivam quam veram, ut sunt præsertim Principes, Dukes, Marchioness, & Comites utriusque Sicilia Regnorum, qui in effectu sunt simplices subfeudatarii sub omnimoda Regis sub-  
jectione adinstar cuiuslibet de populo, locorum  
infedorum quamdam perpetui gubernii speciem  
potius habentes; Nihilominus eos à privatis dif-  
ferre, eisque aliquam majorem honorificentiam in  
Ecclesiis debitam esse disponitur ab eodem Con-  
cilio Trid. *sess. 25. de reform. cap. 17. & in ceremonia-  
li cap. 15.* Ita ut proportionabiliter ducto à Principe  
argumento, dicta regula aliquiliter conveniat, *ut  
in dicta Baren. Baldacchini sub tit. de præminentiu  
dico. 26.*

Altera erat circumstantia resultans ex antido-  
rali lege gratitudinis erga eximium Benefactorem,  
cum hoc iernus Baro ejusque prædecessores multa  
notabilia beneficia, tam in Ecclesiæ constructione  
seu refectione & ornamento, quam in sacra supel-  
leccili, & clericorum subventione fecisse constaret;  
Si enim canones honorificentiam præcipiunt in  
simplici Patrono seu Benefactore quamvis privato,  
multò magis ubi utraque qualitas, Domini scilicet,  
& Benefactoris accedit.

Tertia erat circumstantia consistens in qualita-  
te Ecclesiæ, cum non ageretur de Cathedrali, seu  
quæ loco Cathedralis inferviret, ita ut Episcopo, &  
Capitulo divina celebrantibus servitus induceretur,  
neque de aliqua Collegiata, sed de simplici paro-  
chiali, in qua nemini injuria, servitus vel præjudi-  
cium inferebatur, dum populus non conquerebatur  
sed potius præbebat assensum, parochus vero &  
clerus, nedum non dissentiebant, sed supplicabant,  
tam intuitu acceptorum beneficiorum, quam eo-  
rum, quæ magis pro Ecclesiæ utilitate obtinere spe-  
rabant.

Et quarta demum resultans ex eo, quod non  
ageretur de innovatione inducente deformitatem  
in Ecclesia, seu scandalosam servitutem, cum  
esset antiqua fenestra ad lumen constructa, cuius  
clausura potius structæ deformitatem induce-  
bat, & ex qua ut potè non habente ulteriore pro-

gresum haberi non poterat talis prospectus, quod ab existentibus in Ecclesia in eadem fenestra comorante inspici possent, ita ut scandalum, vel aliud inconveniens resultaret.

Congregatio quod sciam retinuit casum indecum, stante oppositione Episcopi; Neque in his materiis utpote arbitriis certa regula dari potest, cum totum faciat facti circumstantiae, ex quibus pro locorum, personarum, & temporum qualitate prudentis Superioris arbitrium regulandum est, quoniam in similibus terminis, ac longè fortioribus practicatum vidi, quod confluente quodam Barone in ipsam Ecclesia Cathedrali, de Episcopi tamen consensu, quedam pontem supra ejusdem Ecclesia portam maiorem, ubi tanquam in Iodia, seu miniano ipse, totaque familia, etiam mulieres, & parvuli commorari possunt, totamque Ecclesiam prospicere, cum omnimoda subjectione Episcopi & Capituli, eodem adamassim modo, quo in pluribus Urbis Ecclesiis supra carum portas conspicuntur pontes pro organorum situatione & musicorum usu, præcipue in Basilica SS. duodecim Apostolorum Urbis; Nihilominus recurrente Episcopo successore ad eamdem Congregationem, atque de hujusmodi gravi servitute fatis conquerente, nihil obtinere potuit, quia sic illius facti circumstantiae exigebant. Ideoque in his materiis, utpote arbitriis, praesertim in hoc Tribunal, more Principis, ex prudentialibus potius quam legalibus motivis procedente, ut dictum est certa & determinata regula dari non potest, sed totum pendet ex temporum, locorum, & personarum, aliorumque accidentium circumstantiis; Nimirum vero in proposito spectandus venit regionis usus, ex quo resultare solet scandalis affirmativa, vel negativa, ut advertebam in dicta Baren. sub tit. de præminentia disc. 2.6.

R O M A N A  
Æ D I F I C I I  
S U P R A E C C L E S I A M  
P R O  
E C C L E S I A S. M A R I Æ  
I N V I A L A T A  
C V M  
P R I N C I P E P A M P H I L I O.

*Casus sopus cum temperamento.*

De ædificio supra Ecclesiam vel ejus partem; An sit permittendum, & an cautio damni inficti per ædificare volentem oblatu sufficiat, & admittenda sit.

S V M M A R I V M.

1. *C*ausa controversie.
2. *N*emo potest in alieno ædificare, vel servitutem imponere.
3. *D*e stillicidio supræ alienum teatum non confluendo, & de servitute projiciendi.
4. *S*upræ Ecclesias privatorum habitationes habende non sunt.
5. *I*n Ecclesia servitus haberi non potest.
6. *P*ro Ecclesia confluenda, amplianda, vel ornanda licetum est cogere vicinum ad vendendam illam, vel ejus partem.
7. *Q*uando remedium cautionis damni inficti non judicetur sufficiens.
8. *S*pectandum est, an ædificium concernat, nec nō publicum ornatum ad alienam servitutem faciliter admittendam.

D I S C. XVII.

D Emolito palatio Salvatorum pro confinuenda area seu platea Collegii Societatis Jesu, cum reliquis situs, utpote adjacens insigni palatio Aldobrandinorum in via Cursus extente concessus esset Principiss. Aldobrandina, ac Principi Pamphilio, ejus viro ad effectum confluendi in hac platea novi ædifici faciem, per quam palatium prædictum, ita verè Regium efficeretur; Hinc ad commodiorem communicationem seu maniliorum dilatationem, ita structura ordinata fuit, quod ex parte posteriori opus esset super ædificare supra tribunam & partem recti Ecclesia Sancta Maria in via lata, cui ædificio in hac parte se opponentibus, tam ejusdem Ecclesia Canonicis, quam illis de Arte utpote Patronis faltem honorifici cappellæ majoris magno sumptu per eos constructæ & ornatae, & in qua sat is antiqua & venerabilis imago B. Mariæ afferatur; Introducta causa prius coram Camerario, & ædificibus deinde coram aliquorum Prælatorum particulari Congregatione per Papam depurata.

Pro oppositibus scribens, dicebam, nullatenus hujusmodi ædificium permittendum esse ex tribus gravibus præjudiciis Ecclesia prædicta exinde resultantibus; Quorum primum consistebat in onere, quod recipiebat muri laterales tribunæ, quæ proinde ex illorum deficiens ruinam pati poterat. Alterum a prospectu, qui ex fenestræ ædificii confluendi, nec non facultate projiciendi resultat supra teatum tam Ecclesia quam tribuna. Et tertium ex stillicidio dicti novi ædificii supra idem teatum, ex quibus duobus ultimis unitim consideratis grave præjudicium recto Ecclesia, ac picturæ & ornamentis resultare posse perit referebant, quia impedito recti confueto usu, aqua pluvialis omnia corrumpere poterat.

Quibus statibus, ac etiam quia servitus ad privatum commodum contra Ecclesiam ita inducebatur, dicebam de jure permittendum non esse tale ædificium, et si aliqua ejus pars de facto ceperet, demandandam fore illius demolitionem, quia etiam inter privatos nemo potest præter Dominum voluntatem in alieno ædificare vel servitutem imponere, ad teatum in l. fin. §. Luciu f. de servit. Vrb. prad. Cepoll. de serv. Vrb. prad. cap. 41 num. 2. Franch. Marb. de c. 120. in princ. Cap. Latr. consil. 64 n. 6. Et in specie servitus stillicidii, quod non possit quis confluere teatum, ex quo stillicidium cadat supra teatum vicini Cepoll. dicto cap. 41. num. 3. pleine surd. consil. 137 num. 7. cum seqq. ubi alios de more cumulat; Et de servitute projiciendi est text. in l. fin. §. arifloff. si servitus vindictetur Cepoll. eadem tract. cap. 31. num. 2. & de servitute oneris ferendi idem Cepoll. cap. 37.

Etsi haec procedunt inter privatos, multò magis cum Ecclesia; Tum ratione reverentie huic debitate, & quia indecorum est super capellas & altaria, in quibus divina celebrantur laicorum habitationes haberi; Tum etiam quia contra eam constitutu vel acquiri non potest servitus utpote sapientis speciem alienationis absque solemnitate benefacit. A postolici, & iusta causa necessitatis vel evidenter utilitatis juxta dispositionem, extravag. ambitios. de reb. Eccles. non alien. Accidente etiam particulari prohibitione contenta in Clem. prima de sentent. excommunicationi, ut illicetum sit laicis in Ecclesiis servitutem acquirere, & de quo particulariter habetur in Alexanen. fenestra disc. preced.

Si